

PAVLI PRINCIPIS DE
LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS
VERONAE, &c. DOMINI CREVTZBURGI BO-
russiae, Locis communis THEOLOGICI, siue pro Ecclesia Rhomana
eiusque autoritate atq; religione, aduersus vesaniam Neopisto-
rum, iuxta artificium Alphabetarie reuolu-
tionis, Oratio:

CENSVR AE AC IVDICIO MVLTORVM TAM IN
Colonensi amplissima vrbe, quam in alijs id genus varijs locis,
Catholicorum & doctissimorum virorum exhibita, &
ab eis lecta, inquisita, recognita, & ad
Apostolicam limam reducta,
atq; approbata.

Quam olim coram Pont. Opt. Max. eiusdemq; Senatu atq; Cardinalium Collegio
amplissimo, nec non vniuerlo ceteru antistitum suspiciendissimo Rhomae, in ipsa le-
gatione, si per aduersariorum fraudes licuisset, recitare debebat, & nuper adiecta
causa fraudis, in modum supplicis libelli sive sanctitati transmisit: quaué Illustrissimus
Princeps Albertus senior, Marchio Brandenburgensis, primus dux Borussiae, &c. heresi
Neopistica per annos quadraginta intricatus, se extricauit, & ad Rhomanæ ac
Catholice Ecclesiæ doctrinam & obedientiam redijt: qua deniq; ea
qua decet orationem breuitate, validissime vniuersa
illorum doctrina confutatur ac diluitur,
& funditus euertitur atq;
corruit.



COLONIAE
Ex officina Theodori Graminæi.
ANNO M. D. LXXI.

INDEX LOCORVM COMMVNIVM.

- | | | | |
|---|---------|--|--------|
| 1 De ecclesia & eius autoritate.
fol. | 1. & 6. | 32 De Cœlibatu. | 91. |
| 2 De scriptura canonica. | 15. | 33 De extrema vñctione. | 94. |
| 3 De Cardinalib. & Legatis. | 19. | 34 De humanis cōstitutionib. | 94. |
| 4 De Concilijs. | 23. | 35 De Charæctere. | 97. |
| 5 De immunitate ecclesiastica. | 27. | 36 De Exorcismis. | 98. |
| 6 De primatu Petri. | 28. | 37 De Excommunicatione. | 99. |
| 7 De Pallio & annatis. | 31. | 38 De Necandis hæreticis. | 100. |
| 8 De decimis. | 37. | 39 Cum hæreticis non esse dispu-
tandum. | 102. |
| 9 De Ecclesijs ædificandis. | 38. | 40 De bello in Turcos. | 104. |
| 10 De oratione. | 39. | 41 Neopistos esse hæreticos. | 107. |
| 11 De Ieiunio. | 40. | 42 Lutheri soboles & pgenies. | 108. |
| 12 De fide, & operibus. | 42. | 43 Scaligerum nil hæretici scri-
psisse. | 117. |
| 13 Delibertate arbitrij. | 43. | 44 Quorum sit deficere. | 119. |
| 14 De parvularū Baptismo. | 46. | 45 Quid verè Catho. eccles. | 120. |
| 15 De Confirmatione. | 58. | 46 Quid agendum in grauescen-
te hæresi. | 120. |
| 16 De Ordine. | 59. | 47 Nasi obiecta diluuntur. | 123. |
| 17 De Confessione. | 60. | 48 De Perduellionatu. | 124. |
| 18 De Satisfactione. | 61. | 49 Maiori editi Ducis Borussiæ
argumentum. | 125. |
| 19. De Indulgencij. | 62. | 50 Innocentia Scaligeri literis
principis detegitur. | 126. |
| 20 De Eucharistiæ altera specie.
fol. | 63. | 51 Perfidiam Brutonorum Prin-
ceps patefacit. | 127. |
| 21 De vero corpore in Euchari-
stia. | 67. | 52 Auicinij obiecta diluuntur. | 127. |
| 22 De Transsubstantiatione. | 69. | 53 Obiectum de calumnijs in Cœ-
farem diluitur. | 129. |
| 23 De Missæ sacrificio. | 70. | 54 Quomodo Scaligero apud E-
lectores successerit. | 133. |
| 24 De Purgatorio. | 74. | 55 De Spiritu familiari. | 134. |
| 25. De oblatione Missæ pro pec-
catis, & | 77 | 56 Exaggeratur vesania aduersa-
riorum. | 136. |
| 26 Applicatione eiusdem pro de-
functis. | codem | 57 Imploratur Pont. Opt. Max.
& Cardinalium suffragium.
fol. | codem. |
| 27 Pro viuis viuorumq; successi-
bus. | 77. | 58 Epistola censoria. | 143. |
| 28 De Invocatione sanctorū. | 78. | | |
| 29 De Sanctis an audiant nosque
sciant. | 80. | | |
| 30 De Imaginibus. | 81. | | |
| 31 De Matrimonio. | 83. | | |

REVERENDO IN CHRI-
STO PATRI, DOMINO HENRICO
A MVLHEM, ABBATI S. PANTALEONIS
Colonię Seniori, amico optimo, Paulus
Scaliger S. P. D.



VANTVM BELLO, PRAESERTIM CI-
vili, Ecclesia Dei vndiq; ardeat, & quam
malis vexetur omnibus, nemo ignorare
potest, qui horribiles horum temporum
tumultus considerauerit, Reuerende ac
eximia pietate ornatissime Abbas. Ne-
que verò ullum aliud remedium vide-
tur publicarum calamitatum fore, quam ut se nostri homines
ad veram veteremq; religionem conuertant, que vel una incen-
dens animos amore ac studio veritatis, exuscitat intellectum
ad pietatem & optimarum rerum admirationem, ac efficit vi-
ros bonos, pios, moderatos, & veritatis amantes, ac remotos ab
ijs, quietiam à multis annis bellum veritati & rectae doctrinæ
indixerunt, & in homines religiosos horibilem crudelitatem
exercent, & præcipue publicas discordias alunt aq; inflam-
mant. Hoc mihi prudenter & Reuerendus & amplissimus
dominus, & amicus noster D. Reinerus à Bucholtz, Abbas &
princeps Corbeiensis, & tu nuper in causa monastica prospe-
xisse & consuluisse visi es̄tis: quam cùm etiam Archiepiscopis
Electoribus & Dominis nostris clementissimis, his diebus, eo
quo potui studio ac diligētia tuo præsidio explicuisse, ne ipsis
quidem displicuisse animaduerti. Quamobrem profecto uterq;
vestrum & diligendus ab omnibus bonis, & susciendus ac
venerandus venit. Tu verò eomaxime obseruandus existis,

* 2 quod

PAVL I PRINCIPIS DE LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS VERONAE, &c.

DOMINI CREVTZBVRGI BORVSSIAE, PRO
Ecclesia Rhomana eiusq; autoritate atq; religione,
aduersus Vesaniam Neopistorum, iuxta arti-
ficium Alphabetarię reuolutionis,

ORATIO.

Quam olim coram Pont. Opt. Max. eiusdemq; Senatu atq; Cardinalium Col-
legio amplissimo, nec non uniuerso cœtu antistitutum suspiciendissimo Rho-
me, in ipsa legatione, si per aduersariorum fraudes licuisset, recitare debe-
bat, & nuper adiecta causa fraudis, in modum supplicis libelli sue sancti-
tati transmisit: quare Illusterrimus Princeps Albertus senior, Marchus
Brandenburgensis, primus dux Borussie, heresi Neopisticā per annos qua-
draginta invicatus, se extricauit, & ad Rhomane ac Catholice Ecclesie
doctrinam & obedientiam rediit: quaenamq; ea qua decet orationem breui-
tate, validissimè uniuersa illorum doctrina confutatur ac diluitur, & fun-
datis exerentur arg, corrunt.

VM multa diuinitus, Pont. Opt. Max. collegium Cardina-
lium, & senatus amplissime, à maioribus nostris inuen-
ta, atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quam quod
Pontificem, amplissimumq; collegium Rhomanum, &
religioni Dei immortalis, & summa Reip. præesse volue-
rint: ut Cæsar Remp. benè gerendo, Pontifices religionē Officium Pont.
sapienter interpretando Remp. conseruarent. Quod si villo tempore ma^o Cæsar. Po^lcestas Ec-
cna causa in sacerdotum Ecclesie Rhomanæ iudicio ac potestate ver-
sata est, hæc profectò tanta est, vt omnis Reip. dignitas, omnium Chri- clestie Rho-
stianorum salus, vita, libertas, aræ, foci, penates, bona, fortunæ, domici manæ.
lia, vesteræ sapientiæ, fidei, potestatiq; commissa, creditaq; esse videatur.
Vobis tandem, posteaquam satishactenus omnibus meis scriptis ostendiderim, tum rationes periculi, tam Ecclesie quam Imperij Rhomani, tu Quid in Eccle-
immanissimi Neopistorum sceleris atrocitatem, constituendum est, v-
trum posthac a menteis ac perditos magistratus improborum ac scelera-
torum hominum præsidio nudare, an etiam Dei immortalis religione
armare malitis. Nam si illa labes, ac flamma Reip. Christianæ, suum il-
lum pestiferum & funestum ducem Lutherum, Calviniū, & reliquas id
genus illecebras Neopistorum, quas æquitate humana tueri non potest,
diuina religione etiam in Sarmatia & alijs Catholicorum illibatis ad-
huc locis defendere porrexerit, aliae Ceremoniæ nobis erunt, alij antisti-
tes Dei immortalis, alij interpretes religionis requiriendi. Sin autem ve-
stra